Sunt insuper nonnullæ modulationes paucioribus notulis descriptæ:huius
causa:solemni diminutione imperfectæ redduntur:has si suum Euouae nō cō
sequitur difficile an autentico an placali tono ascribendæ sint poterit quis iudi
care. Quocirca certis iudicialibus chordis nonnulli discretionem huiusmo
di concessere. Primæ nāq; maneriei qua primus ac secundus tonus concludū
tur:F faut grauem ascribunt. Secundæ quæ tertium & quartum regit tonum
G solreut grauem. Tertiæ cui quintus & sextus tonus insunt A lamire acu
tam. Quartæ uero quæ septimum tonum continet & octauum ♮ mi acu
tam. Ita scilicet ut unaquæq; iudicialis chorda a finali propriæ maneriei distet
in acutum per tertiam inclusiue uocem diatonica dispositione. Atq; iccirco iu
diciales chordæ primæ & scdæ maneriei a finalibus suis semitonii interuallo re
cedunt in acutum. Tertiæ uero & quartæ maneriei iudiciales chordæ ditoni
distantia a propriis finalibus in acutum seiunctæ sunt. Id enim expetit natura
lis & diatonica chordularum dispositio. Quare quum in cuiusuis maneriei
modulatione plures fuerint numero notulæ supra ipsam iudicialem chordam
scilicet in acutum dispositæ:q̄ quæ in graue subductæ sunt:autenticæ ascribit
ipsa modulatio cōsiderationi. Secus autem si inferiores maiorem impleuerint
numerum:tunc enim placalem existimant huiusmodi modulationem: uerum
notulas iudicialibus ipsis chordis inscriptas: neutris cōnumerandas institue
runt. Plerūq; tamen:& si in prolixioribus modulatibus qui scilicet compluri
bus notulis descripti sunt ueritas ipsa huiusmodi iudicio sæpius perlucescit:
in his quos notularum paucitas exprimit: ut in Antiphona. Vbi charitas &
amor prepositum est: huiusmodi iudicium cōmenticium est. Complurimo
rum uero consensu:repetita pluries a finali in acutum sua diapētes figura uni
co potissimum interuallo autenticam declarabit modulationem. uerum quar
tæ tantum chordæ ab eius finali in acutum huiusmodi iteratiōe canticum pla
calem putant: Modulationes autem Gloria patri & filio semper psalmodias
introituum Gregoriāorum & super psalmodias Ambrosianorum:unicuiq; ex
seipso breuitatis causa relinquimus perquirendas.

FINIS.

Franchini Gafori Laudensis Liber primus musicæ actionis explicit fœliciter.

Liber secundus

LIBER SECVNDVS.

Mensuram temporis in uoce Poetæ & Musici breuē & longam posuere.
Caput Primum.

Vsicam uocis actionem quam superiori uolumine se
cundum æquam temporis mensuram in singulis no
tulis constat esse dispositam: diuersis pro temporis
quantitate figuris. Poetæ atq; Musici sano prosequē
tes iudicio omne uocis tempus: breue longumue po
suere: omnis inde syllabas uel breues uel longas con
siderantes. Quare unius temporis mensuram breui
syllabæ ascripserunt: longæ uero duorum temporum
quantitatem. Dualitas enim prima est unitatem subsequenter bis numerans:
quo fit ut ante breuis syllaba quam longa reperta sit:ut Diomedes grammati
cus inquit:nāq; prius unum quam duo. Breuem perfecto putant syllabā esse
uel natura uel propter sequentem uocalem. longamq; exacte cognoscunt uel
natura uel positione uel ipsa etiam auctoritate. Ponunt & syllabas quasdam
esse communes: puta quum suapte natura breuis est consequaturq; liquida
mutam:tunc syllaba ipsa indifferenter ponit̃ modo.s.breuis modo longa ut te
nebræ & patris quod & multis tum apud græcos tum apud latinos poetas exē
plis colligitur. Atq; ita omne carminis genus diuersorum pedum admixtione
lyræ cytharæue sonitu construxerunt:quod primo quidem theotricæ dictum
in harmonia instrumētali: quum primos modorum auctores deduxero latius
explicabitur. Verum omnium carminum genera diuersis pedibus noscuntur
esse disposita:Pedes uero diuersis temporibus. Nāq; dactilus (ut nonnullo
rum quantitates commemorem) tris syllabas continet primam quidem longā
at reliquas breues ut armiger & principis. Inde & quatuor temporibus susti
netur. Spondeus item quatuor habet tempora duabus syllabis longis disposi
ta ut fœlix & æstas. Iambus celer pes dictus tria habet tempora duabus sylla
bis ducta:prima inquam breui & ultima longa ut pius. Trocheū constat Iam
bo esse contrarium ꝙ tribus itē tēporibus duas concludat syllabas primam
longam & ultimam breuē ut musa. Anapestus a græcis antidactylus dictus
ꝙ tris ducat syllabas: duas quidem breues & ultimam longā ut pietas & Era
to contrarius est dactylo. Pyrrichius duabus syllabis breuibus constat ut
miser & pater. Tribracho tres syllabæ breues ascribūtur ut dominus. Amphi
bracho autem tres syllabas tribuūt:primam breuem:secundam longam & ter
tiam breuem ut carina. Creticus uel Amphimacrus tris syllabas cōpræhen
dit primam longam:secūdam breuem & tertiam longam ut insulæ. Bacchius
ex tribus syllabis constat prima breui & duabus reliquis longis ut Achates &
Vlixes. Proceleumaticus (lyrico ut plurimum congruens carmini) quatuor
hēt syllabas breues ut auicula. Dispōdeū octo tpibus cōstruxerūt q̄tuor.s. syl

longis ut oratores. Coriambus quatuor ſyllabis conſtat: prima longa dua-
buſq; ſequentibus breuibus & quarta longa ut Armipotens. Biiambum qua
tuor ſyllabis ducunt: prima uidelicet breui: ſecunda longa: tertia breui & quar
ta longa ut propinquitas. Epitritos quos & hippios Diomedes uocat qua-
tuor ponunt. Ac primum quidem quatuor ſyllabis: prima breui ac reliquis tri
bus longis ſeptem tempora compræhendentibus conſtat eſſe diſpoſitum ut
ſacerdotes. Secundus epitritus quatuor item habet ſyllabas: ſecundam bre
uem: reli quas tres lonbas: ut conditores. Tertio epitrito quatuor ſyllabæ di
ſponuntur: tertia breuis ac tres reliquæ lōgæ: ut demoſthenes. Quartum epi
tritum quatuor ſyllabis formant quarta ſcilicet breui ac reliquis tribus lon-
gis: ut Feſceninus. Horum autem ac reliquorum quoſdā ſimplices ut Spon-
deus & Iambus quoſdam compoſitos ſentiunt ut Diſpondeus & Biiambus.
Diomedes — Atq; omnium quidem motum & naturam Diomedes ipſe: & Ariſtides primo
Ariſtides — ſuæ muſicæ ſatiuſq; Auguſtinus in ſecundo contractaſſe noſcuntur. Verum
Auguſtinus — figuras quaſdam ueluti propria & congrua nomina: quibus cōcepta inde mē
Phyſici — ſuratorum temporum diuerſitate omnem conficerent cantilenam (nec ſecus
Arſis — quam omne pluribus pedibus carmen) muſici ipſi uocū quantitatibus aſcri
Theſis — pſerunt. Rectam autem breuis temporis menſuram Phiſici æquis pulſuum
Diaſtole — motibus accommodādam eſſe cſentiunt: Arſim & Theſim quas Diaſtolen
Siſtole — & Siſtolen uocant in uniuſcuiuſq; pulſus menſura æqualiter comprobantes.
Poetæ — Conſtat tamen febricitantiū pulſus inæquali Diaſtoles & Siſtoles proportio
ne acceſſionem ſeu alterationem ſuſcipere quod ipſis phiſicis curæ eſt. Diaſto
le græce dilatatio ſeu elleuatio interpretatur latine. Siſtole uero contractio.
Poetæ autem Arſim & theſim.i. ſublationem & poſitionem habēt in pedibus
quorum eſſe paſſiones ſunt: utunturq; iis in pronunciatione ut gratiore ſono
carmen aures feriat animoſq; demulceat. Quas & ſi in pedibus utcunq; uer
ſum faciant reperire eſt: tamen apta & concinna dictionum coniunctio Illas
apprime palam facit: & decoram enunciationem iuuat. Fit autem uerborum
annexio ſecundum uaria carminum genera alio & alio modo prolationi con-
gruens: ita ut textura ipſa uerſuum numeros qui incitati quidam ſunt curſus:
& dictionum certo ordine iuncturæ Rythmumq; ſuauem & ſponte ſua fluen
Rythmus — tem aperiat. Rythmus ut Quintiliano placet temporum ſpatio conſtat: tem
Quintilia- — pus ꝙ ſit motus ſtatuſq; dimenſio morulam ipſam pronunciandi accipio. Ve
nus — rum Beda in eo tractatu quem de figuris & metris compoſuit Rythmum in-
Beda — terpretatus eſt modulatam compoſitionem non metrica ratione ſed numero
Tempus in — ſyllabarum ad aurium iudicium examinatam: ut ſicut carmina uulgariū poe
rythmo — tarum. uidetur autē Rythmus metris eſſe cōſimilis. Et quidem perſe ſine me
tro eſſe non poteſt. Eſt enim metrum ratio cum modulatiōe Rythmus modu
latio ſine rōne. Plærūq; tñ caſu quodam inuenies etiā rationē in Rythmo nō
artifici moderatōe ſeruata: ſed ſono & ipſa modulatōe ducente: quē uulgares
Græci — poetæ neceſſe ruſtice: docti faciūt docte. Græci uero Rythmū ex arſi & theſi
Ariſtoxenus. — atq; tpe ꝙ uacuū nōnulli uocabāt cōſtare aſſerūt hūc Ariſtoxenus dixit eē tē
pus

pus. diuiſum in unoquoq; eorum quæ numeroſæ componi poſſunt. Secun- — Nichoma
dum uero Nichomacum Rythmus eſt ordinata temporum compoſitio. De- — cus
ſtructura autem huiuſmodiq; contextu nō noſtrum eſt regulas & canones ad
omnia præfinire: Ipſis nāq; poetis relinquimus ſua propria: quos tamen ut in
poemate hanc aſſequantur alegantiā auritos maxime optarim: Liceat tamen
exemplum nobis ſubiicere: ne plura hic deſiderentur & ex exemplis per exem
pla meditantes coniectura faciliore trāſitum habeant ad reliqua. Amittit exa
metrum heroicum decori plurimum quotiens pes ſecundus partem orationis
finit: minus uero offendit ſi in tertio terminet loco per monoſyllabam dictio-
nem. Honeſtius & grate in primo quarto quintoue loco per orationis partem
claudit prohibetq; carmen illepidum fieri & interciſa oratione ſuccuſſare ut il
lud Dono ducite: doq; uolentibus hoc magnis diis. habet & hic ſpondeum in
quinto: qui magis aures ledit. Confert nonnihil ad hanc etiam rationem pe-
dum uarietas ut alternis dactylis ſpondei temperentur. Prodeſt etiam aduerte
re ꝙ carmen heroum in triſyllabam deſinens fortius inſurgere uideatur in mo
noſyllabam: niſi encletica ſit uox illa refrangitur. Male in pluriſyllabam deſi-
nit: gratius in biſyllabam frequentior uocalium concurſatior maximeq; eiuſdē
uocalis eiuſdemq; litteræ & ſyllabæ aſſiduitas uitanda eſt & fugienda. Diſſo
nantia & ſibilatio offendunt ſiquidem aures & enunciationem harmonicam
impediunt uel inſuauiorem reddunt. Hoc idem in omni carminum differētia
conſiderandum eſt: Nam quantum interſit in duobus his pentametris cuiuis
eſt diſcernere Icareoſq; canes herculeaſq; feras & ſunt famuli tres mulæ duæ
equi totidem. Et ſaphicos hos: Ad fori curris geminum ſedile. Non tua hæc
ſpectacula cede Muſis: Et hos Aſclepiadeos Odi diuicias uulgus & arceo.
Nec mouit corybantes Semeles puer. Ex Annotatis igitur Arſim & Theſim
ſi concinata ſit dictionum connexio liquet uim ſuam commodius oſtendere
poſſe ut ſine anfractu aliquo carmen fere ſeipſū enūtiet ſuſtineat & effundat.

De Variis antiquorum figuris & earum menſura. Caput Secundum.

SOnorum menſuram diuerſis figuris pronunciatione & diuiſione
muſici promulgarunt: Eſt enim duplex: una quæ in ipſius ſoni con
tinuata quantitate conſiſtit quam tempori aſcribūt: hanc unicuiq;
figuræ ab ipſis auctoribus conſtat eſſe inſtitutam: tum ratione: tū
inſtituentis arbitrio: qđ & ipſis Pythagoricis rationi ipſius docentis auctorita
tem æque ducentibus: mos fuit. Altera quæ in ſonorum interuallis diſtātiiſue
ſecundum proportionabilem dimenſionem ſola ratione diſponitur ut in muſi-
cis inſtrumentis. Eſt igitur menſura temporis diſpoſitio quantitatis uniuſcu
iuſq; figuræ (duobus quidem modis cōſideranda) primo quum menſuramus
eſſentialē ſingulæ notulæ mēſurā iuxta primariā muſicorū diſpoſitionē (Figu
ras.n. & notulas idifferēter ponimus) ſcđo quū figuraꝝ q̄ntitates accidētaliter

connumeramus: quod & duplici consideratione procedit: tum quidem secundum huius figurabilis descriptionis accidentia: puta alterationem: imperfectionem: diminutionem: diuisionem: & huiusmodi: tum ipsis accidentibus diuersarum proportionum quoquomodo cōmensurabilium: quæ quarto huius operis uolumine plene describuntur. Quare hanc figurabilem seu mensurabilem disciplinam essentia & accidentibus constat esse deductam: nāq; figuræ & pausæ essentiam ipsam propriis quantitatibus usurpant: modo. s. tempore atq; ꝓlatione: Quæ uero præter tria hæc ipsis figuris obueniunt accidentibus ascribuntur: Ipsa enim accidentia atq; necessaria neq; per se esse possunt ut primo posteriorum Aristotiles inquit. Omnis enim mensurabilis descriptio uel notulis: uel pausis quæ ommissas & mensurabiles uoces monstrant: uel signo uel canone pernotatur. Verum uarias in rythmo figuras disposuere Græci hoc ordine: Breuem scilicet unius temporis hoc modo signabant a Longam uero minorem quā bitempoream dicebant sic b Longam triū temporū sic c Lōgam quatuor temporum sic d Longam quinq; temporum sic e Arsim autem intelligebant apposito unicuiq; figuræ puncto hoc modo f g h Thesim uero unaquæq; sine puncto notula declarabat. Consonas uero intensiones puta diatessaronicas: diapenticas: diapasonicas: diatonicas: semidiatonicas & reliquas harmonicis cantilenis accomodatas certis descriptionibus exprimebant: quas ritibus nostris absurdas atq; alienas breuitatis gratia duximus ommittendas. Musici autem nostri notulam breuem unius. s. temporis quadratam plenam figurabant hoc modo i Longam uero duorum. s. temporum: quadratā cum uirgula in latere dextro descendente uel ascendente tantæ. s. longitudinis: quantæ fuerint quatuor ipsius quadrati latera hoc modo k Nonnulli tamen nimia ipsius longitudinis difformitate: uirgulam ipsam a quadrata notula deriuātem trium tantum quadrati ipsius laterum longitudini æquabant ut hic l Alii duabus tantum ipsius quadrati costis uirgulam ipsam æqua longitudine disponebant hoc modo m Longam uero trium temporum quadrangulam pariformiter describebāt: tertia quadrati corporis parte euacuata ut hic n uel sic o Quatuor autem temporum longam signabant plenam quadrangulam duplicato in extensione quadrato hoc modo p Hanc duplicem longam uocabant. Triplicem postremo longam: tripla quadrati extensione sex scilicet tēporum consideratione ponebant hoc modo q Fuere etiam nonnulli unica figura complures longas cōplectentes singulis uirgulis declaratas hoc modo r Posteri tamen huiusmodi pernotationis ordinē subuertentes: notulas ipsas uacuas conscripsere: unico inde corpore plures breues quadratas conducentes hoc modo s Vniformiter quoq; longas breuibus: breues longis: unica figura conscribebant hoc modo t Verum cum figurarum huiusmodi descriptiones ab usu recesserint: libuit de his parumper sermonen habere: quo cuiq; recentiores Neotericorum habitus facilius innotescant.

Musici

De Con.

De consideratione quinq; essentialium figurarum. Caput Tertium.



Figura est representatio rectæ atq; ommissæ uocis: rectam enim uocē dicimus quæ certa est mēsura cātabilis seu ꝓnūciabilis. Ommissam uero quæ ipsa taciturnitate certa temporis mensura consideratur. Rectæ quidem uocis figuræ sunt ipsæ notulæ. Ommissa uero uox pausis declaratur. Verum notularum: alia breuis: alia longa naturaliter nāq; correptio & productio sonis ipsis ueluti & syllabis inesse noscuntur: quare Musici breuem primo notulam quadrato corpore tradiderunt hoc modo u Quā cum ipsi unius inesset temporis mensura tempus uocāt. Longam quoq; quadratam cum uirgula in latere dextro sursum uel deorsum ab ipso quadrato deriuante signarunt quam quatuor ipsis quadrati lateribus æqualem quantitate ducebant. Inde & dupla breuis uocabatur ut hic x Cantilenarum uero scriptores commensurabilem huiusmodi uirgulæ quantitatem plerūq; irrationabiliter disponunt. Cum in autē metrorum dispositione poetæ ipsi longis syllabis modum quasi maiorem in uocis quantitate terminum imponerent: quem nulla tenus altera excederet temporis mensura: longā ipsam notulam musici modum appellarunt. Breuem inde quadratam duas in partes æquas diametraliter partientes musici semibreuem erectis sursum atq; deorsum angulis conduxerunt: quam prolationem uocant: dimidiam ei breuis quantitatem ascribentes hoc modo y Neoterici postremo rectæ semibreui temporis unius mensuram ascripserunt: diastolen & sistolen uniuscuiusq; semibreuis sono concludētes. Cumq; Diastolæ & Sistolæ seu Arsis & Thesis quæ contrariæ sunt ac minimæ quidem in pulsu: solius temporis mensura considerentur: semibreuem ipsam integra temporis mensura dispositam: duas in partes æquas destinxere: quasi altera Diastoles in mensura pulsus tanquam in sono: altera Sistoles quātitatem cōtineat. Huic enim minimam uocis plenitudinem ascripserūt ipsam inde minimam nuncupantes: cuius figuram describunt semibreuem: apposita alteri angularium summitatum uirgula: plerunq; acutior: hoc modo z Breuis autem notula ꝙ primum solo tempore: & longa duobus tēporibus constet: in ipso soni mensurabilis tempore propriissima dicuntur elementa. quarum magnitudines concinnis toni distantiis sunt æquales. Tonus enim ut Aristides & Anselmus posuere in quatuor concinnas dieses enarmonias diuiditur. Atq; ita lōga notula in quatuor semibreues. Et breuis in ꝗtuor minimas resoluunt Minimæ igitur quantitas quartam partem breuis occupat quasi ex uno quatuor angulorum ipsius breuis quadratæ profluens: uel ut quibusdam placet ex uno ipsius breuis quadratæ latere. Cum igitur unumquodq; minimo sui generis perficiatur: ut ipsa unitate: qua cū (minima sit) omnis numerus suscipit incrementum: fitq; item in ipsam omnium numerorum resolutio. Atq; ipso item puncto omnis linea concrescit: decrescitq; omnis lineæ quātitas in ipsius usq; puncti terminationem: constat minimam ipsam notulam omnem musici tp̄is mensura perficere: quam qm̄ in ipsa prolatione consistit ut poetæ pars

Vox recta
Vox ommissa
Breuis
Longa

Poetæ
Musici

Semibreuis
Minima

Aristides
Anselmus

Franco
Maxia spon
deo similis
a
Dactylo simi
lis
Anapesto
Proceleuma
tico
Minima to
nus
Semibreuis
diatessaron
Breuis diapẽ
te
Longa diapa
son
Maxima bis
diapason.

potissima semibreuis: prolatonis partẽ dixerunt: Inde minimum tempus musi
cum (ut Franconis utar sententia) non dicit quodcunq; minimum: sed quod
est minimum in plenitudine uocis: quod & Aristides primo suæ musicæ his
uerbis uidetur asserere Tempus est indiuiduũ & minimum quod & signum
uocatur: minimum autem uocat quantum ad nos quod primum est sensu cõ
comprahensibile: uerum signum apellat eo ꝙ est indiuiduũ: nam & ipsi Geo
metræ ꝙ apud eos indiuiduum est signum nuncuparunt hoc autem indiui
duum locum obtinet unitatis. Deniq; duplicem longam superduxere musi
ci in tenoribus motettorum quatuor breuia tempora continentem Spondeo
quidem quod duabus longis constet non absimilem: quam ꝙ reliquas tempo
rum quantitate & corpore figuras excellat: maximam appellant hoc modo de
scriptam a Hanc quoniam ei inest maior quam cæteris temporalis sonorũ
modulatio maiorem modum uocant. Ipsa autem additione: pro slambanome
nos chordæ comparatur quæ cæteris perfecti systematis chordis sonum effi
cit grauiorem ipsa temporis tarditate ob ampliorem chordæ longitudinẽ. Ac
reliquæ pariter figuræ cæteris possunt chordis facile comparari. Verum quũ
quatuor ipsa breuium tempora uariis conducat modis: diuersis quatuor tem
porum pedibus maximam ipsam correspondere arbitrantur: nam quũ in ipsa
unam lõgam & duas breues cõsideraueris: Dactylo eam per similem efficies:
si uero duas breues & unam longam Anapesto. si quatuor breues proceleu
matico consentiet. Est igitur huiusmodi figurarum processus hoc ordine. Mi
nima. Semibreuis. Breuis. Longa & Maxima. Alii autem a maxima in mini
mam ordinem retrogradum ponunt. Has enim si ad theoricum consonantia
rum ordinem cõferamus. Minima toni locum obtinebit. Semibreuis diatessa
ron. Breuis diapentes. Longa diapason. Maxima bisdiapason.

De Dimi.

De Diminutioribus Figuris. Caput Quartum.



Inimam figuram certis anfractibus diminutam ad elegantiorem or
natamq; melodiam tanquam tonum in partes posteritas inde dispo
suit: Nãq; minimam ipsam duas in partes æquas secundum tempo
ris mensuram distinxerunt: quas Prosdocimo teste semiminimas maiores uo
cant. Tinctoris uero minimas in dupla proportione considerat: descriptas qui
dem ut minimas retorta dextrorsum uirgulæ summitate hoc modo a Vel ut
minimas sed pleno corpore hoc modo b Rursus uacuam huiusmodi uirgu
læ summitatem retortam duas in partes æquas distingunt: quas semiminimas
minores nominant:: pleno tamen corpore scriptas hoc modo c Vel uacuo
retorta dextrorsum binarii numeri charactere uirgula ut hic d Tinctoris au
tem minimas in quadrupla ꝑportione ductas uocat Pleriq; autem (quod no
bis magis placet) primos huiusmodi anfractus: propinquas. s. minimæ partes:
seminimas quasi seiunctas & separatas minimas sunt interpretati. Rursus pri
marias huiusmodi seminimarum partes: a diminutiore temporis & quantita
tis mensura seminimas appellarunt. Atq; ita seminima minimam consequetur
sicut semitonium maius tonum. Semiminima uero minimam ipsam respicit
ueluti ipsum tonum semitonium minus. Tertiam uero diminutissimam mini
mæ particulam quam Tinctoris minimam in octupla proportione uoluit nũ
cupari: Alii semiminimam minimam: Nonnulli autem coma: Nos diesim quæ
minima est in toni diuisione concinna particula duximus uocitandam. hanc
pleriq; describunt seminimam plenam retorta. s. dextrorsum uirgulæ summita
te: angulo insuper deorsum retorto ut hic e Verum ꝙ mira admodum de
formitate aliarum huiusmodi diminutionum descriptionibus assentiat: plenã
signamus retorta sinistrorsum uirgulæ summitate hoc modo f Est enim la
tus dextrum auctius atq; perfectius sinistro in huiusmodi notularum consi
deratione. Sunt & qui uarias ipsis notulis descriptiones tradidere. Francho
enim & Philippus de caserta: necnon & Ioannes da muris: atq; Anselmus par
mensis in tertia suæ musicæ dieta: Longam plicam ascendentem atq; breuem
utrinq; caudatas ducunt: Rursus breuium alteram maiorem: alteram minorẽ:
alteram mediam Anselmus posuit: breuem maiorem figurabat quadratam de
scendente uirgula in latere sinistro hoc modo g Breuem minorem quadra
tam ascendente uirgula in sinistro hoc mõ h Breuem uero mediam quadra
tam sine uirgula hoc modo i Item semibreuem maiorem descripsit quadra
tam cum duabus uirgulis ascendente scilicet altera: altera descendente in late
re dextro hoc modo k Minorem semibreuem quadratam cum duabus uir
gulis in latere sinistro ut hic l Mediam autem semibreuem quadratam uir
gula per rectum quadratæ medium rursum deorsumq; traducta signauit hoc
modo m Consimili quoq; consideratione uariatas duxit & reliquas. Qua
rum descriptiões ꝙ ab usu recesserint: reiciendas potius quam approbandas
esse Neoterici arbitrati sunt.

a
b
c
d


Prosdocimus

e
f


Francho
Philippus
Anselmus

g
h
i
k
l
m


De Ligaturis figurarum. Caput Quintum.

Ligatura est simplicium figurarum per tractus debitos ordinata con
iunctio. Ligabiles notulæ sunt quatuor: Semibreuis: Breuis: Longa:
& Maxima. Sicut. n. notula simplex ligabilis potest ligari: ita & liga
ta seu coniuncta solui potest atq; disiungi: & in simplicis figuratio
nem: præter semibreuem cuius primaria ac simplex figura compositæ noscitur
aliena: & eas item præter quæ unico uidelicet obliquo corpore conscribunt:
quarum descriptio figurabili simplicitati minime conuenit. Ligaturarum igi
tur Alia unico corpo
re disponit' Alia pluri
bus & diuersis ut hic




Ligaturarum quoq; Alia ascendens: Alia descendens. Ligatura ascendens di
citur quũ secunda notula superest primæ ut hic
Nec refert si in huiusmodi ligatura plures fuerint
notulæ descendentes: cum ascensus & descensus
in ligaturis penes primum gradum mobilem inter secundam & primam notu
lam ductum consideretur. Descendens ligatura dicitur quum prima notula
superest secundæ hoc modo
Ligaturarum prin
cipia. Alia cum proprietate
dicuntur. Alia sine
proprietate: Alia cum opposi
ta proprietate.
Omnis enim ligatura ascendens: cuius prima notula nullam habuerit uirgu
lam ascendentẽ uel descendentẽ cũ proprietate dicitur ut hic
Item omnis ligatura descendens cuius prima notula uirgulã
habuerit descendentẽ lateri. s. sinistro adherentẽ cũ ꝓprietate dicit' ut hic.
Omnis uero ligatura cum proprietate pri
mam notulam reddit breuem. Errant iccirco
qui primam obliqui corporis notulam in liga
tura ascendente longam ponunt hoc modo.
Est autem proprietas se
cundum Franchonem ordinata constitutio
& positio principiis liga
turarum in cantu plano a primis auctoribus attributa. Quare omnis in can
tu plano ligatura solam proprietatem possidet. Sine proprietate autem ligatu
ra & cum opposita proprietate notulis cantus plani nusquam conueniunt:
quippe quæ essentialiter a ligatura cum proprietate differentes: figuras & no
mine & quantitate diuersas efficiunt: quod in cantu plano nullatenus admitti
tur cuius notulas æquas temporis mensura musici disposuerunt. Omnis li
gatura ascẽdens: cuius prima notula uirgulam habuerit a latere dextro descẽ
dentem sine proprietate dicta est ut hic
Omnem item ligatu
rarum descendentem cuius prima notu
la nullã habuerit uir
gulam sine proprietate dixerunt ut hic



Verum ligatura omnis sine proprietate

Franoho

primam ducit notulam longam. Omnis autem ligatura tam ascendens quã
descendens cuius prima notula habuerit uirgulam descendentem in latere si
nistro dicitur cum opposita proprietate ut hic
Et ligatura ois cum opposita ꝓprietate primã semper
notulam reddit semibreuẽ atq; secundã non utseipsã: sed
ex consequenti: nam sola semibreuis notula ligaturæ incongrua est: duæ autẽ
aptissimæ coniunguntur: Constat quidem ex deductis: Longam & breuem
atq; semibreuem: ligaturarum tantum principiis aptissime competere: Maxi
ma autem q longo semper atq; quadrangulo corpore æqualiter describatur
nulla unquam quantitatis diuersitate uariatur: principiis nãq; & mediis atq;
terminationibus ligaturarum noscitur conuenire ut hic.



Vltimis autẽ ligaturarũ figuris perfectio atq; imperfectio cõuenire noscũt'. Nã
ois tã ascendens quã descẽdens ligatura ultimam ha
bens notulam q̃drã directe supra penultimã hoc mõ
Vel idirecte descẽdẽte uirgl'a in eius latere dextro ut hic
Vl' sub penl'tia q̃drato corpore hoc mõ
Cũ perfectiõe declaratur: ac ultimã ipsã
huiusmodi ligaturis musici longam posuerunt. Verum omnis tam ascendẽs
q̃ descẽdens ligatura habens ultimã notulã
supra penultimã in corpe obliquo hoc mõ
Vel in quadro
sine uirgula indirecte ut hic.
Vel sub penultinã i corpore obliquo hoc modo .a.
dicit' sine pfectione cuius quidẽ ligaturæ ulti
mã semper notulam musici ipsi breuem insti
a
tuerũt Hinc constat longam & breuem non modo in principio sed etiam in fi
ne ligaturæ posse constitui. Semibreuis uero minime: nisi in ligatura opposi
tæ proprietatis: quum. s. duæ tantum semibreues fuerint coniunctæ tunc enim
prima & ultima semibreues dicuntur ut hic
Mediis autem ligaturarum notulis nulla inest essentialis
differentia cum omnes in quantitate conueniant: hinc unicum nomen sortian
tur necesse est. Sunt enim ut Franchoni & Anselmo cunctisq; musicis placet
omnes mediæ breues. Quare falso arbitrantur qui longam notulam mediam
conclaudunt: puta hoc modo.
Longa quidẽ solũ principio atq; fini li
gaturarũ applaudit. Semibre
uis principio ac medio quum. s plures
quam duæ fuerit in oppositæ
proprietatis ligatura coniunctæ. Prin
cipio & fini: si tantum duæ. Breuis uero ut predictis considerationibus

Francho
Anselmus

deductum est in ligaturarum principio:medio : atq; fine : congruum obtinuit locum. Minimam autem figuram musici nusquã ligare cõsueuerunt. Verum quæ simplices figuræ patiunt accidentiam:puta alterationem : imperfectionẽ & huiusmodi:hæc & ipsis ligatis solent intimari.

De pausis. Caput Sextum.



PAusa quam græci quietem uocant est figura artificiosam a cantu desistentiam monstrans: quæ cantoribus innuit a cantu se continere. Hanc musici & ad oportunam quietem atq; refectionem uocis post laboriosam elationem : & ad cantus suauitatem instituerunt. Nãq; queãdmodum fastiditum auditorem sæpius ioco quodam diuini uerbi concionator oratorue lenit gratiorẽ & attentiorem reddens: sic cantilenarum auditores cantor moras quasdam uocibus intermiscens ad reliquas cantilenæ partes præstat attentiores. Est enim figura pausæ linea seu uirgula quædam per spatium uel spatia seu spatii partem protracta nulli notulæ addita sed a notulis penitus disiuncta. Quatuor enim pausas in cantilenis ueteres posuere:quæ quoniam ommissas & mensurabiles declarant uoces notularum ipsarum nomina sunt sortitæ. Earum nãq; Alia Breuis:Alia Longa: Alia Semibreuis:Alia Minima. Pausa breuis est uirgula deducta in descriptione cantilenæ a linea ad lineam propinquiorem:interuallum seu inter medium spatium complectens. Pausa longa duarum scilicet breuium est uirgula duo integra triũ linearum complectens interualla. Est & pausa trium temporum : quæ quatuor lineas propriis extremitatibus attingens tria integra occupat spatia hanc longam perfectam dicunt ꝙ tria æqualia propria taciturnitate pertranseat tẽpora:quæ & breues nominantur.

Numerus ternarius pfectus est

Ternarius nãq; numerus in figurarum huiusmodi quantitatibus perfectus existimatur : tum ratione proprietatis : nãq; primum parem binarium quem fœmineum putant atq; imparem primum scilicet seipsum monstrat: qui & masculus dicitur. horum alterna coniugatione cæteri numeri procreantur:tum ratione omnium diuersarum partium suarum quæ ipsum efficiunt:nam unitas aliquota & binarius aliquanta ipsum ducũt tum ratione concordiæ in ipsis tribus prioribus naturaliter consequentibus


Augustinus

dispositæ ut inquit Augustinus primo suæ musicæ : nãq; ternarius ex uno & duobus perficitur quibus nullus naturaliter intercidit numerus : quod in reliquis non euenit:nam duo & tria non reddunt quatuor precise: & tria & quatuor non efficiunt precise quinarium naturaliter eos subsequentem: atq; in reliquis eodem modo tum ratiõe ternariæ æqualitatis: in ipso nãq; ternario principium:medium:& finis æquæ disponuntur : qua re in summo deo diuinam profitemur trinitatem. tum etiam ratione mutuæ aggregationis: nam si ipsum ternarium binario multiplices uel ternarium binario:senarius illico consurget quẽ ꝓpriis ꝑtibus aliquotis ꝑfectũ prædicãt Mathematici.

Mathematici

Maior ãtq̃ triũ tẽporũ pausa nõ cõmẽsurat cæteris cantilenæ notulis : sed cõcẽtus declarat terminatõnẽ. ꝙ quũ duabus uł tribus hmõi ꝑfectaꝝ lõgaꝝ pausis opus fuerit iuxta com-

ta compositoris dispositionẽ:sex. s. uel nouem temporum taciturnitate commensurandis:duæ uel tres trium huiusmodi spatiorũ pausæ describendæ sunt atq; item plures pro instituentis arbitrio. Pausa quoq; Breuis tres plerũq; semibreues ipsa taciturnitate pertransit:quam perfectæ breui ascribũt ipsi musici:tempus tunc perfectum nũcupantes: Semibreuis pausa est uirgula quæ alicui lineæ adherens ad medium propinquioris spatii descendit. Sunt & qui eam uoluere tertiam unius temporis partem continere si modo tertiam tantũ spatii partem comprahendat : atq; duas insuper temporis partes quum duas ipsius interualli tertias partes continuerit: quibus Neoterici dissentiunt. Arbitrantur enim ii duas contiguas semibreues pausas rectius duas tertias ipsius perfecte breuis continere : quod & recentiores frequentant. Minimæ pausa est uirgula lineæ apposita ascendens ad medium interualli uicinioris. Interuallum siue spatium uoco distantiam uel uacuum incompositum duarum linearum. Hæc enim pausa dimidiam semibreuis mensurabilẽ obtinet quantitem. Plerunq; tertiam ipsius semibreuis partem:quum s. perfecta prolatio semibreuem ipsam custodierit. Quod si duas tunc ipsius partes tertias pausare curaueris:duas minimas pausas contiguas describendas esse consentiunt. His quidem facile consideratur semibreuẽ notulã eius pausam tris in minimas (quod perfectæ ascribitur prolationi) esse resolubilem. Atq; item duabus ipsis semibreuium pausis contigue dispositionis:breues ipsas ternariæ cõsentientes esse diuisioni (quod perfecti temporis est) cantoribus ipsis innotuit. Seminimæ pausam ueteribus musicis ignotam recentiores describunt ut minimam. s. ascẽdentem retorta dextrorsum summitate. hæc enim dimidiam minimæ cõsequitur respiratiõem. Semiminimæ autem pausam a nullo usquam auctore deductam. figurari decet ascendentem ueluti minimam:retorta sinistrorsum summitate. hæc enim dimidiam obtinet seminimæ pausæ respirabilem quantitatem. Constat quidem in figurarum consideratione sinistrum latus a dextro deuinci:nam quum quadratæ breui notulæ uirgulã in dextro latere descẽdẽtem uel ascendentem apposueris. longam illico præfiguratam conspicies: ꝙ si sinistro eius lateri adhereat descendens uirgula aut ascendens: breuis aut semibreuis ipsa notula resultabit. Sunt igitur ipsarum pausarum descriptiões hoc modo.



Longa perfecta | Longa imperfecta | Breuis | Semibreuis | Minima | Seminima | Semiminima

De modo. Caput Septimum.

Modus eſt regula uel ordo diſpoſitæ quantitatis in longa ſecundum diuiſionem totius in propinquas partes. Nonnulli autem dicunt modum eſſe menſuram breuium in longis & longarum in maximis. Eſt enim (quemadmodum & in cæteris rebus) in notulis: ſecundum temporis menſuram & ipſarum numerum notularum ſemper obſeruādus modus: quē a moderata modulatione dictum putant. Alii a modificando: & uariata temporum conſideratione diuerſos modorum modus efficiat. Tempora enim notulas breues intelligo. Prædictum quidem fuit longam poeticis adſtructionibus duabus breuibus eſſe æqualem: qua re cum dualitas ſit par numerus ac fœmineus ut Pythagoras cenſuit: binariam ipſam notularum conſideratione imperfectum exiſtimāt: perfectam uero ternariam ac maſculinam: mares enim ipſa perfectione fœminas excellunt. Eſt igitur imperfectus modus quum in ipſa longa duo tempora ſeu duæ tantum breues conſiſtunt: quod antiqui cantilenarum ſcriptores duobus punctis quadrangulæ figuræ infixis declarabant hoc modo a Perfectus autem in longa modus: quum ſcilicet tris breues contineret: tribus punctis in quadrato deductis ſignabatur hoc modo b Hanc autem longæ conſiderationem: modum minorem uocant recentiores: reſpectu modi in maxima conſiſtentis. Veteres autem illi unicum. ſ. & maximæ & longæ poſuere modum ac ſi unus ſine altero perfectione computata conſtitui nō poſſet. Hos ſequti muſici: pauſam trium temporum pro perfecto minore modo in longa exiſtente inſtituerunt (facilitatis & commoditatis gratia) notulis preponendam: quaſi tres breues unica longa contineri noſcantur. Imperfectū uero ipſius longe modum ſola longæ ipſius notulæ deſcriptione in qua conſiſtit demonſtrari dicunt: Omnis nāq; notula longa alicuius minoris modi eſt: quam præcedente perfectionis ſigno (pauſa. ſ. trium temporun) minori modo perfecto aſcribunt. Deficiente autem ſigno quaſi ex priuatione ad habitum cōſideratio fiat (eſt enim dignior habitus atq; perfectior priuatione) longam ipſam minoris atq; imperfecti modi eſſe uoluerunt: duas tantum ei breues conferentes. Maiorem inde modum quem duplici longæ notulæ ineſſe uoluerunt: q duas tantum longas ipſa duplex longa comprӕhendat imperfectum crediderunt: quam quidem figuram: q nullum ſit ei appoſitum perfectionis ſignum maximam maioris imperfecti modi nominarunt. Duabus uero trium temporum pauſis appoſitis quas longas pauſas perfectis diximus: maiorem modū perfectū maxime notulæ ineſſe iudicarunt. Non incongruū quidē fuit: aſcripta minori modo perfecto ſola triū tēporū pauſa: maiori inde mō pfecto ad eius cognitionē duas hmōi pauſas pponere. duæ nāq; maiores ſunt q̄ntitate & tpis menſura q̄ una: qua re: maiorē modū q̄ ſola ipſa indicent neceſſe eſt.

Pythagoras

Modus imperfectus

a ▭

b ▭

Modus maior

Verum

Verum maxima ipſa tris habens longas: ſi lōga huiuſmodi tris duxerit breues nouem breues ſiue tempora continebit: quare Muſici omnes conſentiunt nouem ad plus tempora huiuſmodi teſte Anſelmo unica figura poſſe contineri. quæ & ſolo hiatu pōt haud facile propria uoce cantor excedere. Cōſtat quoq; ternariam longarum diſpoſitionem nouenariæ ipſorum temporum conſiſtentiæ certiſſima perfectionis comparatione eſſe cōmixtam: nāq; ternarius primū imparitatis latus eſt: qui in ſeipſum ductus quadratum ſuum imparem probat ſcilicet nouenarium. hunc ſi ternario ſecuris: tris in ternarios illico conuertetur hinc non immerito ternariam huiuſmodi conſiderationem Auſonius ad Symachum in crippo ternarii incredibili cōmendatione deſcripſit Eloy igitur in modis doctiſſimus in miſſa ſua dixerunt diſcipuli duabus ipſis longarum perfectarum pauſis modum maiorem perfectū declarauit atq; unica inſuper triū temporum pauſa minoris modi perfectionem oſtendit. Quod & Donſtable in tenore Veni ſancte ſpiritus diſpoſuit hoc modo.

Muſici

Anſelmus

Auſonius

Eloy

Donſtable



TENOR


Veni ſancte ſpiritus.

Solent a pleriſq; pauſæ huiuſmodi longæ eſſentialiter & indicialiter inter cantilenæ notulas pernotari Eſſentialiter dico: quum tot breues ommittendas notulis alterius partis (puta ſupremæ) commenſurent: quot fuerint ipſarum incompoſita inter lineas interualla: Indicialiter uero q modum maiorem indicent perfectum duæ ipſæ. perfectum quoq; minorem unica quod expreſſe cōprobatur in præſcripto tenore: Veni ſancte ſpiritus Plerūq; autem incōmenſurabiles diſponuntur uidelicet indicialiter tantum: quum. ſ. antecedunt temporis ſignum uidelicet circulum uel ſemicirculum in principio cantilenæ deſcriptum: tunc enim duæ ipſæ trium temporun pauſæ modum tantum maiorem perfectum declarant. tertia minorem quod & Tinctoris in tenore ſui magiſtralis moteti. Difficiles alios delectat pangere cantus decenter conſignauit. Nec refert iiſdem linearum interuallis tres ipſæ pauſæ contrahantur an diuerſis: Indiciales autem & incōmenſurabiles huiuſmodi pauſæ in hoc tenore deſcribuntur hoc modo.


Tinctoris

CANTUS

TENOR



Omnium autem maximarum & longarum in quocunq; modo consideran- das quantitates hac descriptione notissime quisq; facile percipiet.



Modus maior perfectus | Modus maior imperfectus | Modus minor perfectus | Modus minor imperfectus

De Tempore Caput Octauum.

Tempus perfectum




Empus quantitatē breuibus notulis ascriptā musici intelligi uoluerunt. Est.n. duplex perfectum.s.& imperfectū. Perfectū tempus breui notulæ tris semibreues ascribit: quod declaratur per circulum in principio cantilenæ descriptū. Putant.n. musici appositione circuli ternariā pfectā ipsius breuis diuisionē declarari: qm̄ in ipsa circūferentia principium

cipium medium & finis æqualiter consistunt: uel (quod mihi magis placet) quia senario numero qui perfectus est spherica & circularis illa circūferentia: secūdum ipsius distantiam a medio puncto (quem centrum appellant) naturaliter noscitur esse producta. Si enim centrum a circūferentia solo distet digito. Ipsa tunc circūferentia sex digitorum mensurabitur quantitate: hinc Mathematici circinum ipsum sextum uocant. Sunt & qui perfectam ac ternariam in breuibus notulis diuisionem probant duabus semibreuium notularū pausis principio cantilenæ descriptis: quas cæteris quidem subsequentibus figuris connumerāt hoc modo quibus facile percipi potest pausam unius breuis tris in ptes æquas diuisibilem perfecto tempori inesse: cuius duæ ipsæ sunt eius partes tertiæ. ꝙ quum duas semibreuiū pausas temporis imperfecti disponere contigerit solam breuis pausam pleriq; asserunt rectius cōuenire addo: nisi altera duarum ipsarum semibreuium pausam precedenti altera subsequenti fuerit connumeranda. Nonnulli item tribus notulis breuibus plenis huiusmodi.s. plenitudine accidentaliter imperfectis: perfectam temporis diuisionem in cantilenis percipiunt. Imperfectum uero tempus breuem figurā in duas semibreues distinguit: nam semibreuem a semis: quod dimidium est: traxerunt & breuem: quasi ipsius breuis dimidiam ducat quantitatem. Huiusmodi autem binariam breuium resolutionem in cātilenis semicirculi declarat positio. Neq; semicirculum ipsum ut dimidium circulum existimes: sed imperfectum: nam semum imperfectum sonat. qua re semicirculo ipso tempus imperfectum in breuibus exprimi uoluerūt: non equidem ut unicuiq; breui notulæ dimidiam perfecti temporis conferat quantitatem: quæ est semibreuis cum dimidia: sed ut duas tertias ipsius perfecti temporis partes tanquam imperfectam temporis diuisionem: quod sane posset mathematice considerari: quum semicirculus ipse duas precise tertias partes circularis circūferentiæ custodiret. Id enim disposita triangulari æquilatera figura in ipsa circuli circūferentia æquissime demōstratur hoc modo. a Hoc quidem scriptores & cantilenarum notatores aduertere non solent: cum semicirculum ipsum uel æquum uel plus uel minus dimidio circuli in quantitate describant. Perfecti itaq; temporis & imperfecti demonstrationes hoc notissime disponuntur exemplo.

Quare compassus uocatur sextus a mathematicis

Tempus imperfectum

a



TEMPVS PERFECTVM. | TEMPVS IMPERFECTVM.

Errant insuper qui semibreuem imperfecti temporis : q̄ dimidium breuis cō
præhendat maiorem uocant. eam uero quæ tertiam breuis perfectæ continet
partem : putant minorem:cum unaquæq; semibreuis eadem prolatione cōpu
tata altera semibreui sit semper æqualis:nec obstat q̄ una dimidiam: altera ter
tiam breuis notulæ possideat partem : cum breues ipsæ dissimili sint quantita
te dispositæ. Complures uero ternarii atq; binarii numeri characteribus perfe-
ctas atq; imperfectas huiusmodi notularum quantitates exprimi asseuerant
præcedentem quantitatem circulo:quum perfecta numerositate disposita sit:
uel semicirculo si imperfecta:ac reliquas subsequenter perfectas ternarii nume
ri charactere:Imperfectas binarii considerantes : ut si cantilena fuerit in modo
maiori perfecto:& minori perfecto & tempore perfecto composita:his nosca-
tur signis. O 33. Si autem in modo maiori perfecto : & minori imperfecto ac
tempore perfecto hoc ordine. O 23. In modo autem maiore perfecto : & mi
nore perfecto ac tempore iperfecto his signis. O 32. Verum quum cantilenā
deducunt in modo maiore imperfecto:& minore perfecto ac tempore imper-
fecto hæc signa notulis præponunt. C 32. Si autem in modo maiore imper-
fecto:& minore iperfecto & tempore pfecto hæc signa describunt. C 23. Atq;
ita diuersimode singula signa singulis figurarū q̄ntitatibus referendo. Quod
quum duo tantum signa præponunt modum ipsum minorem & tempus in-
telligi uoluerunt:ut modum minorem perfectum & tempus perfectū hoc mo
do. O 3. Et modum minorem perfectum atq; tempus imperfectum hoc mo-
do. O 2. Sunt insuper & qui non modo ipso ternarii uel binarii numeri cha-
ractere tempus perfectum uel imperfectum declarant:sed sesqualteram quoq;
uel duplam in semibreuibus considerant proportionem : Rursus modum mi
norem imperfectum & tempus imperfectum his duobus monstrant signis.
C 2. Modum uero minorem imperfectum & tempus perfectum hoc modo.
C 3. Nos autem hæc prædictarum quātitatum signa duximus reprobanda.
Cum apud Philosophum Frustra fiat per plura quod fieri potest per paucio-
(Philosophus) ra. Nam si unico signo duabus. s. trium temporū pausis perfectus modus ma
ior ab imperfecto discernitur:imperfectus uero nullo signo : sed sola ipsius fi-
gura probatur. Atq; eadem consideratione minor ipse perfectus modus uni-
co signo:sola uidelicet trium temporum pausa (utpote habitu quodam) perci
pitur. Imperfectus nullo (tanq̄ priuatione) sed sola propriæ figuræ descriptio
ne consideratur : Constat diuersa signa diuersis quantitatibus eiusdem nomi
nis non esse describenda : sed ipsis tantum perfectis instituenda. Inde etiam
est q̄ cum ueteres Musici atq; recentiores:circulum & semicirculum perfecto
atq; imperfecto tempori ascripserint eos a modorum nos consideratione seiun
gimus. Rursus q̄ ternarii ac binarii numeri characteres sesqualteram ac du-
plam proportionem apud nonnullos incōsiderate efficere credantur : quibus
in primo quarti rationabiliter dissentio ad omnem tollendam hæsitationem:
eas minoris modi uel temporis quantitatibus : alienas existimo. Verum
Musici quātitates ipsas perfectas in figuris ipsis certa & continua quantitate
(Musici Geometræ.) descriptis: Geometrica conuenientia significari uoluerūt. Sunt enim primæ
ac potissimæ : considerationes apud geometras punctus : circulus : & linea.
Quod

Quod cum punctus minimum quoddam sit & continuæ quātitatis initium
uelut unitas in numerus: & sonus in musicis:circulusq; ac linea puncti ipsius
aggregatione concrescant : uim quandam perfectionis in continuis noscitur
pernotare : nam unumquodq; (ut tertio capite deductum est) perficitur mini
mo sui generis. Hinc musici ipsi ad minorum figurarum perfectam quantita-
tem describendam:quam prolationem uocant : ipsum signo utriusq; temporis
inscribendum instituerunt. Ipso autem circulo q̄ perfecta figura sit : perfectū
(ut diximus) tempus breuibus ascripserūt. Inde & perfectū minorem modū
in longis ipsa trium interuallorum pausa computandum tradidere. Demum
perfectam maximarum quantitatem:q̄ maior in ipsis modus consistat : dua-
bus ipsis trium spaciorum pausis mathematice declararunt.

De Prolatione Caput nonum.


PRolatio esse essentialis quantitas semibreuibus ascripta diuisionē
monstrans totius in partes propinquas. Consimilem enim ceteris
essentialibus quantitatibus retinet partitionem. Alia nāq; ternariā
in semibreui recipit sectionem diuidens ipsam in tres minimas:quā
perfectam uocant:Alia binariam duas tantū unicuiq; semibreui minimas ascri
bens hanc imperfectam dicunt. Sunt & qui ternariam ac perfectam huiusmo
di prolationem appellant maiorem:Minoremq; binariam: quod mihi non pla
cet.cum penes unicam figuram. s. semibreuem utraq; prolatio consideretur:nō
enim semibreuis semibreui dissimilis est:ut est maxima longæ:quibus & ma-
ior & minor modus singilatim inesse noscitur. Placuit tamen antiquorum nō
nullis prolationis huiusmodi considerationem & semibreuibus & minimis
ascribrere:maiorem nāq; prolationem semibreuibus diuisibilibus in minimas:
minorem minimis in semiminimas:nam & minimam tris in partes æquas figu
rabiles describebant ut monstrat Anselmus : qua re : eam quæ semibreuibus
inesset maiorem dicebant prolationem minorem uero minimis ascripserunt. (Anselmus)
Moderni autem ternariam ipsius minimæ diuisionem ommisserūt minimam
ipsam eiusq; anfractus binariæ tantum ascribentes diuisioni. Perfectam itaq;
prolationem punctus temporali signo inscriptus declarare consueuit. Imper
fecta uero deficiente huiusmodi puncto facile consideratur. Nonnulli dua-
bus minimarum pausis contiguis notulis cantilene connumerandis perfectā
prolationem exprimere consueuerunt. Sunt & qui diuisionis punctum ante
uel post minimam notulam uel inter duas positum:perfectæ ꝑlationis signū
putant:cum minimam notulam cui apponitur propinquiori semibreui appli-
cet ternaria diuisione computandam perfectione prolationis computata :
quod & si ternariam punctus huiusmodi indicet minimarum computationē.
plerūq; tamen in prolatione perfecta disponitur numerus ternarius in mini-
mis : ubi ipso diuisionis puncto ad huiusmodi cognitionem non opus fuerit:

Prolatio perfecta


Prolatio imperfecta

puta:quum tres semibreues seu tres minimas in cantilena disposuero: omnis enim semibreuis tris minimas continet in prolatione perfecta:atq; tres ipsæ minimæ simul computantur:nec ibi quidem competit diuisionis punctus:quare si potissimum ac solum esset perfectæ prolationis signum non admitteret semibreuis perfecta:sicut est similis ante sibi similem: quod esset incōueniens Constat igitur punctum signo temporis interpositum perfectæ prolationi ab auctoribus ascriptum fuisse:inde & prolationem sine tempore. Atq; modum maiorem sine minore:& minorem: item sine tempore in cantilenis cōstitui nō posse notissime compræhendi potest. Perfectionem itaq; utriusq; modi atq; ꝓlationis signa ipsa tanquam habitus quidam probant. Imperfectionem uero ipsæ secum figuræ deferunt deficientibus signis. Secus utrunq;: tempus nāq; Perfectum circulo:Imperfectum semicirculo : ut utrobiq; posset per punctū perfecta notari Prolatio:declarari solent:At Prolationes huiusmodi his demōstrant exemplis.

Prolatio perfecta in tempore perfecto. | Prolatio perfecta in tpe impfecto.



Prolatio imperfecta in tempore perfecto. | Prolatio imperfecta in tempore imperfecto.



De partibus figurarum Caput decimum.

Figurarū Alia dicit̄ ps ꝓpiqua. Alia remota. Alia remotior. Alia remotissima. Pars ꝓpinqua est illa in q̄ imediate resoluit̄ suū totū. ut lōga respectu maximæ:& breuis respectu lōgæ:& Semibreuis respectu breuis: atq; minima respectu semibreuis. Pars remota est illa inter quam & suum totum unica media naturali ordine intercidit:ut Breuis respectu maximæ quas inter sola longa residet : Atq; semibreuis respectu longæ : quibus sola breuis interponitur : Et minima respectu breuis quæ solum semibreuem intercipiunt. Pars remotior est illa inter quam & suum totum duæ notulæ maiores naturali ordine disponuntur ut Semibreuis respectu maximæ quæ (extremitate concepta) longam & breuem medias circūcingunt. Pars remotissima est illa inter quam & suum totum tres figuræ maiores naturaliter resident ut minima respectu lōgæ: quibus longa breuis & semibreuis naturaliter intercluduntur. Idem quoq; iudicium deducitur de anfractibus minimæ respectu singularum figurarum. Ex huiusmodi nāq; consideratione constat maximam figuram semper esse totalem:ac diesim semper partialem:sex uero reliquas scilicet:lōgam:breuem:semibreuem:minimam:seminimā:& semiminimā totales & partiales. quod cum tres illi anfractus a minima diminuti ternariam non recipiant sectionem:ultra minimam nullam proponemus minorem figuram imperfectibili cōsiderationi: nāq; minima ipsa apud neotericos ternariam claudit diuisionem. Quare quinq; tantū prioribus figuris accidentia ipsa musicæ figurabilis ascripta sunt.

De imperfectionibus figurarum. Caput undecimum.

Imperfectibilium figurarum. Alia patiens tantum. Alia tantum agens. Alia agens & patiens est. Figura patiens tātum est sola maxima:hæc cum a diuersis possit figuris multimode iperfici : nullā unquam figuram imperficit:nāq; maiorem. in quantitate figuram nusquam præcedit aut sequitur in cantilena:cui possit tanquam pars tertia imperfectibilis applicari. Inde duo sunt generaliter annotanda. Vnum quidem: notula imperficiens semper minor erit sua imperfectibili. Alterum: Imperfectibilis figura semper est in numerositate suæ perfectæ quantitatis consideranda. uel saltem eius pars si quo ad ipsam imperficiatur. quod & Anselmus in tertia musicæ suæ dieta his uerbis asseruit. Quantitas autem detractiōis est pars tertia mensuræ quam ea notat figura a qua detrahitur. sistunt si quidem mensuræ diuisionem in ternario. Est igitur Imperfectio reductio quædam tertiæ partis ad plus ad suum totum: secundum ternariam eius positionem prius in ipso consideratam. Verum dispositis in cantilena figuris secundum propriam binariæ ac imperfectæ quantitatis rationem:eas plerūq; certo augmētationis puncto perornant:quo dimidia unisucuiusq; figuræ quantitatis supexcrescit: hinc ternariam sectionem acquirunt:ipsi æquipolentes perfectioni Figura autem agens tantum est unica uidelicet minima : quæ & si alias : puta semibreues : in prolatione perfecta imperficiat quoniam ternariam propriæ quantitatis resolutionem ipsa non patitur ab altera nunquam potest imperfici. Figura autem agens & patiens est quæ imperficere potest & imperfici.

Primum notabile.
Secundū notabile.
Anselmus.
Imperfectio.

Sunt enim tres:Longa:Breuis:& Semibreuis:potest enim unaquæq; & maio
rem imperficere & a minore imperfici. Omnis enim figura imperfectibilis po
test uel a parte ante:uel a parte post tantum:uel ab utraq; imperfici. Q uocir
ca figura habens tertiam partem tris in partes æquas indissolubilem(puta se
mibreuis perfectæ prolationis cuius tertia pars est ipsa minima ternariam non
implens diuisionem) potest ab una tantum imperfici parte. Omnis insuper
notula quæ imperficitur applicatiõe suæ tertiæ partis abstractæ dicitur imper
fici quo ad totum. Q uod cum imperficitur per reductionem abstractæ tertiæ
partis suæ partis propinquæ dicitur imperfici quo ad partem propinquam a
parte sua remota. Atq; eodem modo figura potest imperfici a parte remotiore
quo ad partem remotam. Et a parte remotissima quo ad partem remotiorem:
ut maxima figura a minima in prolatione perfecta. Generaliter item musici
posuere notulam omnem ante sibi similem (perfectione quantitatis disposi
ta)semper esse perfectam:nec ullo unquã casu reductione partis eius abstra
ctæ imperfici posse:qua re ante maiorem uel minorem figuram imperfectibilis
ipsa notula necessario disponitur. Tria quidem sunt quæ imperfectibilem fi
guram imperfectam esse demonstrant. Numeralis imperfectio. Punctualis di
uisio:& Notularum plenitudo. Q uo ad primum igitur Q uotienscunq; no
tulæ minores ante uel post maiorem describuntur:diminuta aut superflua ter
naria notularum numerositate : tunc maior ipsa imperficitur a propniquiori
minore(nisi hæc ad alias prius reduceretur)uel a ꝓpinquioribus remotis par
tibus:uel remotioribus:uel a ꝓpinqua & remota:atq; ita diuersimode: ut hoc
constat tenore.

> Tria sunt si-
> gna imperfe-
> ctionis
> Prima imper
> fectionis co-
> gnitio.


TENOR
CANTUS



In hoc(ut percipitur)tenore:prima breuis imperficit longam sequentem a
parte ante quo ad totum : quia pars eius tertia est & propinqua. Prima uero
semibreuis imperficit breuem precedentem a parte post:quo ad totum. Duæ
autem ipsæ minimæ inter breuem & lõgam positæ breuem ipsam a parte post
imperficiunt:quo ad totum:quæ & si eius partes remotæ sint : cum ꝓpinquæ
eius parti æquiualeant:solius propinquæ partis effectum producere noscunt.
Longa ambas ipsas minimas sequens imperficitur:quo ad totum a parte post
a prima breui. Prima breuis sub signo temporis perfecti & perfecte prolatio
nis imperficitur a parte post:quo ad totum.s.a parte propinqua:& quo ad par
tem scilicet a parte remota:quæ ipsius partis propinquæ est tertia pars. R ur
sus imperfectibilis figura potest imperfici a parte ante & a parte post simul:
quum scilicet ante ipsam fuerit sola tertia pars suæ propinquæ partis : &
post ipsam similiter sequatur pars tertia alterius partis propinquæ:tuncq; dici


tur imperfici quo ad partes: qua re compluribus modis ſecundum muſicorũ inſtitutionem ipſæ poſſunt imperfici figuræ ut hoc tenore lucide comprobať.


TENOR



CANTVS








In hoc tenore prima ſemibreuis imperficit longam ſequentem a parte ante quo ad partem propinquam: nam ſemibreuis ipſa partis propinquæ ipſius lõgæ pars eſt tertia. Item & ſemibreuis ſequens ipſam imperfici longam a parte poſt quo ad ipſius longæ partem propinquam. Conſimili etiã conſideratione pernotatur prima breuis ſub ſigno perfecti temporis atq; perfectæ prolationis deſcripta: nãq; a partibus remotis uidelicet minimis quo ad duas partes propinquas a parte ante & a parte poſt imperfici declaratur. Prima duarum longarũ cõiũctarũ non impficiť: qm̃ ſimilis ante ſibi ſimilẽ nõ põt imperfici. Secunda longa imperficiť a parte poſt quo ad totũ. ſ. a parte propinqua: quæ eſt breuis: & breuis ipſa imperficiens imperficitur ẽt ſemibreui ſubſequente quo ad totum

ad totum. Eſt interim intelligendum ſimilem notulam ante ſibi ſimilem nunquã imperfici poſſe de ſimilibus figuris corporaliter ſeparatis: quæ: & totales ſunt: non autem de unitis in toto: quoniam figuræ unitæ: puta duæ breues temporis imperfecti in longa modi minoris imperfecti conſideratæ: tunc enim & ſi breuis ante breuem conſideretur poſſunt imperfici. Quod quidem accidit quum figura imperficiť a parte ante & a parte poſt quo ad ambas partes: ut conſtat etiam in longa præpoſiti tenoris a parte ante & a parte poſt a duabus ablatis ſemibreuibus diminuta. Et in breui temporis & prolationis perfecta a duabus ipſis circũductis minimis imperfecta. Verum ſi ſimilis ante ſibi ſimilem unico corpore conſiderata imperfici non poſſet: nulla unquam eſſet imperfectibilis figura a parte ante quo ad partem ꝓpinquam ſeu: etiam remotam: quod facile poteſt ex ſeipſo unuſquiſq; conſiderare. Non eſt inſuper admittendum ſolam miuimam poſſe aliam figuram imperficere niſi in diſpoſitione perfectæ prolationis quãquam Gulielmus de Maſcandio breuem temporis perfecti: & imperfectæ ꝓlationis a ſola minima imperfectam poſuit: quod abſurdum eſt: nãq; notula uel a tertia ſui parte: ut lõga minoris ac perfecti modi ab una breui uel a tertia parte partis ſuæ dimidiæ: ut longa imperfecti modi & temporis perfecti ab una ſemibreui: uel a tertia ſuæ tertiæ partis parte: ut breuis temporis perfecti & perfectæ prolationis a ſola minima: ſolet imperfici. Sunt & qui breuem temporis perfecti atq; perfectæ prolationis a duabus minimis ſimul præcedentibus uel ſimul ſequentibus imperfici uelint: quod niſi duæ ipſæ minimæ dictam breuem contiguam imperficerent quo ad totum: cuius ipſæ ſint pars propinqua. ſ. tertia per alterationem ſecundæ: ut accidit in ſecundo tenore de alteratione: & compluribus cantilenis: non admittitur. uel (quod parum eſt in uſu) niſi prima minima imperficeret primã ſemibreuem unitam: & ſecunda tertiam per reductionem. Aſſeritur inſuper figuræ tris in partes ternarias diuiſibilis: quum a parte ante & a parte poſt a partibus remotis quo ad partes propinquas imperficitur: primam tunc partem propinquam unitam imperfici a parte ante quo ad totum: & tertiam a parte poſt. Secundã uero huiuſmodi unitam in ſua perfectiõe remanere: quod in prima longa præcedentis tenoris a duabus ipſis ſemibreuibus circũuenta percipi poteſt. Verum ſi huiuſmodi figura tris in partes propinquas ternarias diuiſibilem duæ eius partes remotæ præceſſerint: unaq; eam pars remota conſequatur: tunc dicitur imperfici quo ad omnes eius partes propinquas: ut quum fuerint duæ minimæ ante breuem temporis perfecti & perfectæ prolationis: unicaq; ipſam ſequatur: prima tunc ipſarum duarum minimarum imperficit ipſam breuem quo ad primam partem propinquam: ſecunda quo ad ſecundam: & ſequens minima ipſam imperficit breuem quo ad tertiam partem propinquam. Adde ꝙ ſi duæ ipſæ minimæ præcedentes imperficerent ipſam breuem quo ad totum: cuius ipſæ ſint tertia pars per alterationẽ ſecundæ minimæ: tunc ſequens minima imperficiet ipſam quo ad tertiam partem propinquam a parte poſt: & ſecunda pars ꝓpinqua pfecta eſt. Atq; ita breuis ipſa integra nouẽ minimas cõ

Gulielmus

tinens huiuſmodi dettactione:quatuor propriæ quãtitatis minimas relinquit.
Conſimili item conſideratione complures conſentiunt notulam maiorem ter
tia ſui parte diminui : quam quo ad totum imperfectam dicunt : inde & tertia
parte partis propinquæ quo ſcilicet ad partẽ:rurſus & tertia parte alterius par
tis propinquæ quo ad ipſam partem:Inſuper ipſam imperficiunt quo ad par
tes remotas:ita ut pars maior & auctior quantitatis ipſius figuræ quam dimi
dia ab ipſa figura per huiuſmodi imperfectionem retracta ſit: ut ſi a longa mo
di minoris perfecti:& temporis perfecti atq; perfectæ prolationis puæ uiginti
ac ſeptem cõtinet minimas abſtraxero breuem perfectam ſcili cet tertiam eius
partem nouem minimas deducentem. Inde ſemibreuem tertiam.ſ.partis p
pinquæ partem tribus minimis ductam. Rurſus & alteram ſemibreuem alte
rius partis propinquæ partem tertiam tris minimas complectentem. Item &
minimas quatuor ab ipſis quatuor relictis ſemibreuibus:ita ut ex uiginti ac ſe
ptem minimis quas longa ipſa integra iure contineret decem ac nouem redu
cibili abſtractione ablatæ ſint. Verum uariæ huiuſmodi imperfectionis conſi
deratio parum in lucem prodiit & uſum quam potius euitandã eſſe duximus
quam probandam:quoniam imperfectio eſt abſtractio partis tertiæ uel mino
ris applicandæ ad uſum totum:ad implendam ternariam quantitatis diuiſio
nem. Id enim natura fert ut quum tertiam partem alicuius totius auferimus
binaria relinquatur partium conſideratio. qua re omnis figura in ſua perfecta
quantitate ſecundum.ſ.ternariam propinquarum partium aggregationem di
ſpoſita:ſi tertiæ ſuæ partis abſtractione imperficitur imperfecta exiſtat neceſſe
eſt:binariæq; inhæreat diuiſioni tanquam imperfectæ eius quantitati ſubſtitu
ta. Figura autem imperfecta in duas tantum perfectas partes propinquas di
uiſibilis:a parte ante & a parte poſt quo ad ambas partes dicit' imperfici: quũ
ſcilicet unica eius pars remotæ præceſſerint : unicaq; ipſam fuerit ſubſecuta.
Atq; item quũ ambæ ipſæ partes remotæ ipſam imperficientes ſimul præceſſe
rint ſimulue fuerint ſubſecutæ:ſiue ſimplices & diſiunctæ:ſiue ligatæ exiſtãt:
prima primam imperfectibilem imperficit partem : ſecunda ſecundam : quod
pleriq; aſſeuerant in notationibus cantilenarum.ut & præſenti tenore notiſſi
me percipitur.


TENOR




In hoc tenore prima

CANTUS







In hoc tenore prima longa imperficitur à parte poſt quo ad ambas partes pro
pinquas a duabus ſequentibus ligatis ſemibreuibus : quarum prima primam
breuem unitam a parte poſt imperficit ſecunda ſecundam. Secunda longa
imperficitur a parte ante quo ad ambas partes propinquas a duabus præcedẽ
tibus ſemibreuibus:quarum prima primam breuem unitam a parte ante.ſecũ
da ſecũdam imperficit. Tertia longa imperficitur a parte ante & a parte poſt
quo ad ambas partes propinquas . nãq; precedens ſemibreuis primam breuẽ
unitam a parte ante imperficit.ſequens uero ſemibreuis ſecũdam breuem uni
tam a parte poſt imperficere denotatur. Quarta lõga eſt perfecta quo ad am
bas partes propinquas:quoniam eſt ante ſibi ſimilem non unitam: licet ſit mi
noris modi imperfecti. Quinta lõga imperficitur a parte poſt quo ad ambas
partes propinquas coniunctas:a ſemibreui & a duabus conſequentibus mini
mis.nam primam ſemibreuis primam breuem coniunctam a parte poſt perfi
cit. Duæ autem minimæ(quantitas ſemibreuis) ſecundam breuem unitam
ſimiliter a parte poſt imperficiunt.Verum prima breuis:ſequens imperfecti tẽ
poris & perfectæ prolationis ſignum imperficitur a parte ante & a parte poſt
quo ad ambas partes propinquas unitas.quarum primam a parte ante ſecun
dam a parte poſt imperfici conſtat. Sequens autem breuis a parte poſt tantũ
quo ad ambas partes imperficitur aduabus minimis ſequentibus quarum pri
ma primam partem unitam ſecundam imperficit a parte poſt.


Secunda imperfectionis cognitio


Quod ad secundum. Quotienscunq; punctus diuisionis alicui notulæ siue pro se ipsa tantum: siue pro se & alia uel aliis apponitur. Ipsa tunc notula imperficit maiorem præcedentem uel sequentem si possit imperfici: ut hoc monstratur tenore.

TENOR




CANTUS





In hoc tenore: tertia breuis imperficitur a parte post quo ad totum: quod monstrat punctus diuisionis primæ semibreui postpositus. Quarta breuis imperficitur a parte ante quo ad totum quod lucide indicat punctus diuisionis antepositus duabus minimis ipsam præcedentibus. Punctus uero diuisionis inter duas semibreues ultimis breuibus interiectas descriptus quintam ipsam breuem a parte post: & sextam a parte ante declarat imperfici. Si autem maior illa figura præcedens uel sequens ipsam minorem cui appositus fuerit pūctus non fuerit imperfectibilis: tunc ipsa minor reducetur siue transferetur ad priorem notulam ubi regulariter ternaria possit numerositate coniungi. Idem quoq; quum minor notula sine puncto maiorem præcesserit: quæ imperfici non possit. tunc enim minor ipsa ad priorem transferetur locum ternaria cōnumeratione perficiendum: ut præsenti tenore percipitur.

In hoc tenore




TENOR



CANTUS


In hoc tenore: punctus inter tertiam & quartam semibreuem positus quartam ipsam tertie breui ligaturæ sequentis connumerandum esse demonstrat cum nec primæ nec secundæ adiici possit: quia similis ante sibi similem (ut expositum est) non potest imperfici. Eadem etiam ratione semibreuis precedens tres ultimas breues disiunctas sine puncto reducitur & imperficit tertiā ipsam breuem. Idem quoq; summetur iudicium: quum appositus fuerit diuisionis punctus alicui breui respectu longarum in minori modo perfecto: & alicui lōga respectu maximarum in maiori modo perfecto; necnon & alicui minimæ respectu semibreuium in prolatione perfecta. Ac si etiam sine puncto transferendæ sint ad distantiores figuras imperfectōis eiusmodi receptibiles. Quid dicendum si quatuor semibreues dispositæ fuerint inter duas breues temporis perfecti? dico secundum antiquos: primam ipsarum semibreuium esse reducibilem & connumerandam breui ipsam precedenti quam imperficit a parte post: quo ad totum: potissime quū breuis quatuor ipsas semibreues sequēs fuerit perfecta scilicet uel puncto perfectōis pūctata: uel ante sibi similem posita. Secus autem si ipsa breuis sit imperfectibilis idest possit imperfici: tunc enim breuis prima quatuor ipsas precedēs semibreues erit perfecta & se ipsa: & quarta semibreuis imperficit breuem sequentem a parte ante quo ad totū. Laudo tamen ad hesitationem tollendam: precedentem huiusmodi breuem ex se ipsa perfectam puncto perfectionis esse describēdam: nisi diuisionis punctus inter tertiam & quartam semibreuem fuerit appositus quod presentis tenoris comprobat descriptio.

TENOR



CANTVS







In hoc tenore prima breuis imperficitur a prima semibreui quia secunda breuis imperfici non potest. Tertia breuis imperficitur a parte post:quo ad totũ a prima semibreui eam sequente. Quarta breuis est perfecta. Quinta breuis imperficitur a parte ante quo ad totum a semibreui ipsam immediate precedente. Sexta breuis perfecta est:quia est ante sibi similem. Septima breuis perfecta est:puncto perfectionis notata. Octaua breuis imperficit᷑ a parte ante.quo ad totum a precedente semibreui. Nona breuis perfecta est.quia ante sibi similem sedet. Decima breuis perfecta est:quia ternarius integre numerus semibreuiũ subsequit᷑ inter ipsam & pũctũ diuisiõis depræhẽsus. Vltima breuis impficit᷑ a pte ante.quo ad totũ a semibreui eã pcedẽte qđ indicat pũctus ipse diuisionis semibreui ipsi antepositus. Idem quoq; sentiẽdum est de quatuor


de quatuor minimis:duabus semibreuibus perfectæ prolationis interpositis: & de quatuor breuibus inter duas longas modi minoris perfecti descriptis. Si autem breuem temporis perfecti & imperfectæ prolationis immediate consequantur sola minima & unica semibreuis : tunc breuis illa nõ poterit imperfici a tertia sui parte propinqua eam immediate sequente quo ad totum: quoniam pars ipsa propinqua sequens scilicet quantitas semibreuis est distincta in dissimiles partes non copulatiuas:in minimam uidelicet & in dimidiam sequentis semibreuis partem:ut presens tenor ostendit.




TENOR CANTVS

Quo ad tertium. Quotienscunq; in ternaria ac perfecta quantitatis aceruatione notula impletur : tunc de tertia propriæ quantitatis parte imperficitur: cui:pars ipsa tertia consimili plenitudine succedat necessum est : qua quidem plenitudine sola reductõe comprobatur .Nec refert si immediate an mediate pars ipsa tertia reducibilis maiorem : tanquã suum totum precedat aut sequatur : dummodo perficiendæ numerositatis gratia ad ipsam reducatur maiorẽ: Solet nãq; ad maiorem partem tanquam ad suum totum minor semper pars ipsa deduci:quod presenti tenore percipitur.

Volue folium.




TENOR



CANTVS










Quum enim tres similes figuræ implentur mediate uel immediate:
tunc prima pars unita secundæ notulæ ad primam reducitur: secunda ter-
tiæ sequenti plenæ ad perficiendam ternariam diuisionem applicatur.
Sunt & qui longæ notulæ dimidium implent corpus: ultimam breuem in
ipsa depræhensam a tertia sui parte subsequente iperfectã considerantes quæ
& si

& si uacuum areæ in altera eius parte spacium habeat: in altera plenum: mea
nihilominus sententia ad id significandum longa ipsa non admitteretur: quia
uacuum & plenum per naturam mirumimmodũ inter se repugnant: nec unã
& eandem rem demonstrant: iccirco maluerim ambas ipsas breues nacuam .s.
& plenam distinctis corporibus figurabiliter pernotari: quod tamẽ abstrusissi
mam non exigit disputationem: quando quidẽ arbitrio scribentium hæc appo
sita esse manifestissime constant. Solent & figuræ imperfectæ quantitatis cõ
sideratione dispositæ plærũq; describi plenæ: quas musici sesqualteræ diminu
tioni æquifacere solent: ut in quarto monstrabitur: ubi de ipsa sesqualtera am-
plissime disputatur. Verum si unica huiusmodi figura: aut duæ tantum: ipsa
fuerint plenitudine descriptæ: dimidia (quod ratõale est) tanquam primariæ
scilicet duplæ proportioni subsistentes propriæ quantitatis parte minuuntur: Bonadies
ut posuit Bonadies preceptor meus. Fuit insuper apud ueteres musicos usus:
notulas omnes in suis essentialibus quantitatibus consistentes: describere ple
nas: eas uero: quæ accidentaliter imperficiebantur: uacuas pernotabant.

De Puncto Caput duodecimum.


Punctus est minima & indiuisibilis quantitas cuiuscunq; continui.
Conuenientius autem punctum dicimus minimũ quoddam signũ
quod notulis accidentaliter præponitur uel postponitur uel inter-
ponitur: continuæ quidem quantitatis principium ut lineæ uel cir-
culi. Est enim duplex punctus: scilicet diuisionis & perfectionis. Punctus di Punctus di-
uisionis est qui præpositus uel postpositus alicui notulæ ipsam nec auget nec uisionis.
minuit: sed ad precedentem uel sequentem eam indicat applicandam &
connumerandam: pro perficienda ternaria in notulis diuisione. quod quidem
dupliciter accidit: mediate scilicet & immediate. Dicitur .n. notula mediate per
punctum precedenti uel sequenti connumerari & applicari: quum punctus
ipse cuius notulæ præpositus uel postpositus ipsam diuidit: propinquiori uel
propinquioribus precedentibus uel sequentibus minime connumerandam.
hunc proprie transportationis seu translationis punctum decet appellari: cum Punctus trã
notulam cui appositus est ad distantiores figuras transferat computandam. sportationis
Immediate autem applicare dicitur quũ notula ipsa cui appositus fuerit pun Punctus di-
ctus: propinquiori seu propinquioribus notulis connumeratur. quem proprie uisionis.
uoco punctum diuisionis: ut hoc monstratur tenore.









In hoc tenore : punctus post primam semibreuem sequentem primam bre
uem appositus : semibreuem ipsam breui ipsi ad perficiendam temporis acer
uationem indicat applicandam. Punctus. uero ante semibreuem immediate
precedentem secundam breuem:ipsam eidem connumerari facit ad ternariam
temporis diuisionem perficiendam. Verum punctus ante eam semibreuem
quæ immediate precedit tres breues consequenter positas appositus: semibre
uem ipsam ad ultimam illarum breuium monstrat esse trasferēdam : ipsiq; ad
perficiendam ternariam temporis diuisionem connumerandam: Non enim
primæ breui neq; secundæ. semibreuis ipsa potest applicari : nam similis ante
sibi similem non potest imperfici. Punctus autem inter duas semibreues dua
bus breuibus interpositas descriptus:primam semibreuem primæ breui:secun
dam secundæ in diuisione comprobat applicari. Aduertendum quoq; est q
punctus transportationis notulam cui apponitur : non ad anteriores notulas
sed ad posteriores:ad priorem scilicet quem possit acquirere locum transferen
dam instituit. Sunt & qui notulā huiusmodi trāsportandā duobus utriusq;
punctis circūueniunt:ut hoc tenore percipitur.







Punctus itaq; diuisionis notulis tantum in suis perfectis quantitatibus de
ductis apponitur . hic quum longæ notulæ fuerit appositus : maiorem perfi
ciet modum:si breui minore:si semibreui tempus:si minimæ prolationem : ma
ximæ autem non adheret punctus talis : cum nulla mai or describatur figura
cui maxima ipsa conducatur tanquam pars tertia Punctus autem perfectio
nis est qui postpositus alicui notulæ ipsam perficit: tris in partes æquas diuisi
bilem reddens. Hic item duobus modis consideratur. Primo quum alicui
notulæ in sua quantitate perfecta dispositæ apponitur:tunc enim & si a mino
re eam præcedente uel sequente posset imperfici in propria facit perfectione
remanere.atq; iccirco perfectionis nuncupatur punctus. Secūdo:quum post
ponitur alicui notulæ quæ secundum imperfectam suam quantitatē disposita
sit:tunc enim notulam ipsam recto propriæ quantitatis dimidio noscitur au
gere:qua re augmentationis punctum uocant. qui cum notulam ipsam terna
ria diuisione perornet perfectæ eam æquifaciens figuræ : perfectionem quan
dam sibi uendicare præsumpsit:hinc & perfectionis punctum uocant : quod
præsenti tenore discernitur.







In hoc tenore punctus appositus primæ breui ipsam in sua facit perfectione remanere quæ nisi perficeretur a puncto posset a tertia sui parte. scilicet a minima punctata cum subsequente seminima imperfici. Idemq; facit punctus appositus tertiæ breui. Punctus autem appositus secundæ breui sub signo temporis imperfecti ipsi augmentum præstat dimidii propriæ quantitatis: tris in partes æquas eam resolubilem monstrans. Atq; idem efficit punctus appositus tertiæ semibreui sub eodem signo: ipsam enim adauget integro suæ quantitatis dimidio. ternariæ eam subiiciens diuisioni. qua re semibreui perfectæ prolationis dicitur æquipolere. Hoc idem & maximis & longis apposito huiusmodi puncto euenire continget: quæ in sua perfecta quantitate dispositæ propriam perfectionem obtinebunt: in imperfecta uero augmentum suscipient. Consideratur plerunq; unus atq; idem & diuisionis & augmentatiōis punctus: puta quum postpositus fuerit semibreui immediate subsequenti breuem temporis perfecti imperfectibilem: indeq; statim consequantur minima sola ac duæ semibreues quouismodo: tunc enim punctus ipse & semibreuem breui commensurat: & dimidio suæ quantitatis eam adauget. Inde & diuisionis & augmentationis punctus huiusmodi communiter uocitatur. Solam itaq; præpositus notulis punctus diuisionem: postpositus uero & diuisionem & perfectionem poterit pernotare. Sed neq; notula puncto perfectio

nis ornata


nis ornata (quod nonnullorum pace dixerim) imperfectionem tertiæ ut quotæcunq; uis partis suæ sibiipsi conducendæ poterit sustinere: quum perfectio & imperfectio inuicem contrariæ sint & contraria in eodem subiecto Philosophus non admittit. Philosophus

De Alteratione. Caput Terciumdecimum.



Alteratio in figuris mensurabilibus dicitur apud Ioannem de Muris proprii ualoris secundum notulæ formam duplicatio: dicta enim est alteratio quasi alterius actio. Euenit quidem notulis in sua perfecta quantitate dispositis: atq; in imperfecta quum sunt propinquæ partes sui totius perfecti: ut semibreuis imperfectæ prolationis in tempore perfecto: & breuis tēporis in imperfecti in modo minori perfecto: sicq; huiusmodi. Minima enim alteratur ad perficiendam perfectæ prolationis diuisionem. Semibreuis autem ad perfecti temporis diuisionem perficiendam alteratur. Breuis ad perficiendam modi minoris perfecti numerosam integritatem altēratur. Longa ad modi maioris perfecti ternariam considerationem implendam solet alterari. Quotienscunq; duæ tantum minimæ inter duas semibreues perfectæ prolationis: uel inter duarum ipsarum semibreuiuum figuratas quantitates: puta inter duas pausas semibreues: uel inter semibreuem & pausam seu inter pausam & semibreuē reperiuntur: secunda semper alteratur duarum æquiualens quantitati minimarum: nisi punctus diuisioni fuerit ipsis interpositus. Idemq; accidit quum duæ semibreues duabus breuibus perfecti temporis uel earum quantitatibus includuntur. Similiter & quum due breues inter duas longas minori modi perfecti uel inter earum quantitates descriptas reperiuntur. Itemq; quum duæ longæ inter duas maximas modi maioris perfecti uel inter earum figurat quantitates descriptæ sunt: secunda semper alteratur: nisi (quod perdictum est) punctus diuisionis interiectus sit: ut præsenti pernotescit tenore. Ioannes de Muris

Verte folium.




Si autem pauſa alicuius figuræ & figura ſimilis ponantur inter duas maiores ut præmiſſum eſt : tunc aut pauſa præcedit figuram aut figura pauſam. Si pauſa præcedit figuram : ipſa figura alteratur. Si autem figura pauſam præceſſerit non eueniet alteratio cum ſecunda ſemper alteretur & non prima & pauſa nequaquā poſſit alterari. Fuere tamen qui & pauſas alterationi aſcripſerunt quos communis muſicorum ſcola repræhendit. Duo inſuper potiſſima ſunt quæ non primæ duarum notularum:ſed ſecundæ alterationem conceſſere. Primum ꝙ diſtincto duabus æquis quantitatibus chordæ ſonoræ interuallo:maior ſemper erit in ſecunda parte proportio quam in prima:tanquā reſpectu finis:cui maiorem & perfectiorem aſcribere ſolent partem. In clare comprobat Arithmetica medietas continua diapaſon interuallum in chordotono duabus æquis differentiis ſcindens : prima nāq; & grauior pars diateſſaron epitritam:ſecunda diapenten hemioliam cōtinebit. Secundum eſt ꝙ prima duarum huiuſmodi notularum puta ſemibreuium ad hoc ut duplum propriæ quantitatis aſſummeret in alteram poſſet formam tranſmutari: nam quadrata figura poſſet denotari. Inde breuis diceretur cui ad ternariam diuiſionem implendam ſecunda tunc ſemibreuis adheret: qua re decentius quadraret breuis figura a ſequente ſemibreui imperfecta quam ipſa prima ſemibreuis alterata. Secunda autem huiuſmodi ſemibreuis alteratur: quia ad hoc ut dupla ſui ipſius quantitate concreſcat alteram non poteſt ſummere formā : nāq; ſi quadratam breuis ſuſcipiat deſcriptionem: non duarum modo:ſed trium ſemibreuium quantitatibus æquabitur cum ſimilem tunc ante ſibi ſimilem quæ imperfici non poteſt euenire contingat:quod cantor quiſq; ex ſeipſo poteſt facile contueri. Eſt item aduertendum ꝙ quum duæ ſimiles notulæ ſimplices ſeu ligatæ imperficiunt aliquam maiorem figuram quo ad ambas partes in quas ſolas ſit ipſa reſolubilis:non aſcribuntur alterationi ideſt ſecūda illarum non alteratur. Quod ſi duæ ipſæ minores imperficiunt ipſam maiorem quo ad totum reſolubile tris in partes perfectas ſeu ternarias:cuius ſint tertia pars: ſecunda illarum tunc alterabitur:ut hoc monſtratur exemplo.


Arithmetica Medietas


Verte folium

TENOR



CANTVS







In presenti tenore secunda semibreuis sequens primam longam nō alte ratur: quia ambæ ipsæ semibreues non imperficiunt ipsam longam quo ad totum tā quam pars propinqua: cum ipsa sit in modo minori imperfecto: sed quo ad ambas partes. Secunda illarum duarum semibreuium ante duas breues ligatas descripta alteratur: eo q̃ secunda sit inter distinctum ualorem unius breuis & breuem. Secunda illarum duarum minimarum primam breuem sub signo temporis perfecti & perfectæ prolationis immediate consequentiū alteratur: quia ambæ ipsæ minimæ imperficiunt ipsam breuem: quo ad totum: scilicet de tertia eius ternaria parte: quæ propinqua uocitatur. Postremo notulā alteratam a parte ante imperfici ut Ioannes de muris asserit: duximus impugnandum: cum nullo pacto tris unquā in sit diuisibiles ac similem a simili imperfici posse nusquam creditum sit.

Ioannes de muris

De Diminutione. Caput quartumdecimum.




Iminutio in mensurabili cantilena est abstractio certi ualoris quātitatiui ab ipsis figuris. Tribus enim modis solet a musicis demōstrari. Primo modo Canonice. Secundo Proportionabiliter. Tertio Virgulariter. Canonice consideratur diminutio: quum figurarum quantitates declinant & uariantur in mensura secundum canonicis ac regulæ inscriptam sententiam. Puta hac descriptione Maxima sit longa. Longa breuis & huiusmodi. Tunc maxima ipsa ponitur pro longa Longa pro breui: Breuis pro Semibreui: Semibreuis pro minima. Atq; item hoc modo Diminutio a contrario sensu plerūq; accipi solet: hoc scilicet canone. Breuis sit maxima. Semibreuis longa: Minima breuis: sicq; diuersimode: quod arbitrariæ musicorum dispositioni conceditur: qua re improprie sumpta est huiusmodi diminutio: cum potius augmenti quam diminutionis producat effectum: Hinc huiusmodi diminutionem dicimus uariationem mensurabilis quantitatis: secundum primariam notularum institutionem. Vel sic. Diminutio est ꝓpriæ ac primariæ quantitatis secundum notulæ formam uariatio. Proportionabiliter sumpta diminutio: est quæ propriis numerorum characteribus certā proportionem probantibus constituitur. Hæc enim figuras ipsas minuit secundum dispositæ proportionis considerationem. Rursus improprie sumitur hæc diminutio: quum scilicet minoris inæqualitatis proportio custoditur: tunc enim licet figuræ augmentum suscipiant quantitatis. Diminutio tamen a contrario sensu nec secus: quam lucum Grammatici: q̃ luce careat: ac piscinam q̃ piscibus sit priuata: solet nuncupari. Proportionabiliter aūt huiusmodi diminutionis quartum figurabilis cōsiderationis librum ascribimus. Virgulariter disposita diminutio est: quæ in hac mensurabili figurarum descriptione per uirgulam signum temporis scindentem declaratur: hæc proprie temporali competit mensuræ: non ipsis figuris: nāq; tali signo ipsa minuitur mensura: non notularum numerus. Breuis enim temporis perfecti siue diminute siue integre deducatur: tres semper continet semibreues integra perfectione seruata. Eodem quoq; modo duas semper semibreues possidere pernoscitē breuis temporis imperfecti: etiam ipsi diminutioni subiecta: quod præsenti notatur exemplo.

Grammatici


Volue folium:

TENOR



CANTVS






Verum cum dupla proportio cæteris & diuiſione & pronũtiatione ſit proportionibus notior atq; facilima: menſuræ huiuſmodi uirgulariter conſiderata diminutio: in duplo uelocior: duplæ. ſ. æquipolens proportioni: ſolet a cantoribus frequentius obſeruari.

De Sincopa Caput Q uintumdecimum & ultimum.



Incopa in cantilena menſurabili eſt reductio notule ultra maiorẽ uel maiores ſuas ad aliam uel ad alias quibus conueniat in connumeratione. Euenit enim ſincopa in cantilenis quotienſcunq; per plures figuras proceditur ſub diminuta connumerandarum notularum numeroſitate: ſiue binaria ſiue ternaria fuerit earum quantitatiua diſpoſitio: ut hoc tenore poteſt notiſſime compræhendi.


Conuenere



TENOR



CANTVS



Conuenere autem auctores minimam notulam ultra pauſam breuem per ſincopam non eſſe transferendam: ſed ultra pauſam ſemibreuem tantum (etiam raro) ſimiliter notulam ſemibreuem ultra pauſam breuem raro: nunquã ultra pauſam longæ debere reduci. Atq; reliquas conſimili ordine conſueuerunt eſſe conſiderandas. His tamen multi ex recentioribus cantilenarum compoſitoribus diſſentiunt. Non modo enim ſemibreuem notulam ultra pauſam breuem per ſincopam ducunt: immo (quod diſtantius eſt) ultra pauſam longæ ſemibreuem ipſam per ſincopam ſtatuunt transferendam: cæteras conſimilibus translationibus diſponentes. Q uod ſi nonnulla quæ forte & eccleſiaſticæ & menſurabili inſtitutioni neceſſaria exiſtimes uidentur ommiſſa: Id induſtria factum putes. Lectorum enim diligentia fretus: eos ſiquidem exiſtimo nihil quod ad huiuſmodi inſtitutionem pertineat ignoraturos: ſi hæc ipſa ſtudioſe euoluerint uolumina. Difficile eſt non reliqua eſſe nota: quibus omnia aut plæraq; optime cognita fuerint.

Franchini Gafori Laudenſis Liber ſecundus Muſicæ actõis explicit fœliciter